

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Dissertationem Philologicam De k̄ātnôt 'ôr šel ādām Tunica Adami Pellicea

**Willemer, Johann Helwig
Egerland, Johann Erasmus**

Wittebergae, 1680

VD17 VD17 12:137593H

[urn:nbn:de:bsz:31-130708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130708)



60 A 2691,1

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

65/23

Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM

De

כתנות עור של אדם

TUNICA ADAMI
PELLICEA,

Ad

Genes. III, 21. ex consilio fontium demonstrata,

PRAESIDE

VIRO Praecellentis atque Praeclarissimo,

DN. M. JOHANNES HELVICO
VVILLEMERO,

Amplissimi Philosophorum Ordinis Adjuncto
merentissimo,

*Domino Fautore & Praeceptore atatem
colendo,*

Publico Eruditorum examini sistit

JOHANNES ERASMUS Egerland/
Witteberg. Saxo.

*A. R. S. M DC LXXX. ad diem 31. Martii,
Horis matur. in Auditorio Majori.*

WITTEBERGÆ,

Ære publicò MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.

1680

REVELATIONE IN LIBRO
TUNICA ADAMI
PELLICEA

Genell III. et ex conditio...
DM M. JOHANNES HELVICO
VVALTHERO

JOHANNES ERASMIUS
GENTILIUS

WITTEBORG
WITTEBORG



Am liberalis semper in humanum genus divina bonitas fuit, ut ne sensu quidem comprehendi satis, nedum verbis exprimi possit. Generis nostri auctoribus amoenitatem omnium beatissimam concedebat, ubi molesto opere & curis vacui verè auream illam ætatem degebant. Cum ambitione cœci religionem Creatoris in animis delerent, eoque crimine gravissimas longè atque tristissimas mererentur pœnas: paradiso equidem eiciebat, sanctissimo verò Redemptionis Nostræ Sacramento conclamatis rebus mox confulebat. Prospiciebat ipsis de cibo & potu, quibus lassâ labore membra solarentur. Nec minorem vestium curam in se suscipiebat; quinimò ipse primum pellificem agebat, atq; tunicas, quibus tegenda tegerent, consuebat, ut ita vestitus ipsummet Deum habeat auctorem & actorem, indeque dignissimum sui æstimium. Sive enim cum utilitate conjunctam dignitatem, sive antiquitatem ejusdem intuearis, utrinque eximia se offert æstimandâ

occafio. Dignitatem à Deo, antiquitatem a longo feculorum decurfu accepit. Non ita diu colebat homo paradifum, lapfus vefteq; indutus confestim ejiciebatur. Et ex eo tempore veftef ufurpavimus atqve ufurpabimus, quoad alteram, quam fperamus, vitam ftolâ **Justitiæ Christi** byffinâ induiti ingrediemur. Neque enim veftef ipfi fumfimus, nec fponfe deponere nobis eft integrum. Quandoquidem eam in rem **Scripturæ** libro ifta inferere juffit Numen venerandum, ac certis legibus veftiendi modum præfinivit, cum *Deut. xxii. 5.* apud Mofen intonat: Non induetur mulier vefte virili, nec vir utetur vefte fœmineâ. Abominabilis eft apud me, qui facit hoc. Quamobrem in eam fumus perducti fententiam, natalibus veftitus inhære, atqve tunicam Adami ex fontibus **Scripturæ Sacræ** limpidiſſimis paulò diligentius penſitare, eſſe argumentum haudquaquam operâ hâc indignum. **DEUS**, veftitus autor graviffimus, cœpta noſtra, ſcrutinio verbi fui diviniſſimi ſubnixa, ſecundet!



Onatus autem noster in id potissimum se feret, primum, ut textus Hebraeorum authenticus cum celebrioribus suis versionibus adducatur; tum ut singula ejus verba ritè expendantur, iisque simul variaz & Judæorum &

Christianorum de vestitu Adami opiniones decidantur. Ita igitur habent *verba Mosis authentica*:

וַיַּעַשׂ יְהוָה אֱלֹהִים לְאָדָם וּלְאִשְׁתּוֹ כִּתְנֵת עוֹר
וַיַּלְבִּישֵׁם:

Targum Onkelosi:

וַיַּעֲבֹד יְיָ אֱלֹהִים לְאָדָם וּלְאִתְתּוּיָהּ לְבוּשֵׁין דִּיקָר עַל מִשְׁפָּךְ
: Et fecit Dominus Deus Adæ & uxori ejus vestimenta honoris super cutem carnis suæ, & induit eos.

Syriaca Translatio:

* סַגְבִּי מִן מַלְאָכֵי לַאֲוִי
סַלְמֵי מִלְּבָשֵׁי
וַיַּעֲבֹד יְיָ אֱלֹהִים

Et fecit Dominus DEUS Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos.

Eodem profus sensu Samaritanus interpres:

* אַלְמַלְאָכֵי מִן מַלְאָכֵי לַאֲוִי
= v: אַלְמַלְאָכֵי מִן מַלְאָכֵי

A 3

Arabs:

discesserunt; qualemunque illam, quæ fabulis rupta, nugacissimosque homines Rabbinos partim, partim alios etiam sibi vendicat auctores. Utramque producemus, ne ulli in aliqua re defuisse videamur. Ipsa textus authentici verba sic sonant: וַיַּעַשׂ יְהוָה אֶת הָאֵלֹהִים פְּרָחָה עִוְרָה, quæ, quantis onerentur limitationibus, dici non potest. *Origines, Theodoretus, Rupertus & Calvinus*, unanimi consensu statuunt, homines instinctu divino tunicas has fecisse. In quorum sententiam *Rivetus Exerc. XXXIX.* in Genes. concedere videtur, cum inquit: Dubium non esse patitur Moses, an Deus illius instituti fuerit auctor, nec ne? Quæritur tantum, an immediatè Deus ex pellibus vestes fecerit hominibus; an tantum fecisse dicitur, quia, ut facerent, iussit, & industriam ipsis contulit, quod existimavit doctissimus interpres, (Calvinum intelligit) ita ut rudi Minervâ & populariter id Moses representaverit, & quod suggerente eorum mentibus Domino fecerant, in autorem Deum transtulerit. Addit præter hæc alios sentire, Deum ipsum parasse illas primas vestes immediatè, & iussisse, ut induerent; quibus favere *Mosis textum* dicit. Quanquam verò illud maxime etiam dubium, neque nos concedamus, quod in posteriori sententia asseritur, Deum nimirum non ipsum induisse hominibus vestes, sed iussisse, ut induerent, de quo inferiùs; firmiter tamen illam ipsam, quoad cætera quoque à *Riveto* improbatam sententiam, tueri nulli veremur. Unde nec illius apud *Polium* in *Synops. Crit. aliorumque Comm. Vol. I.* auguria comprobare possumus; qui statuit, Deum vestes istas vel ministerio Angelorum confecisse, vel Adamum detraxisse animantibus. Falsi sunt, quin atrociam faciunt facinora, qui sanctissima Spiritus S. verba in dubium vocare satagunt, & juxta versiculum torquent, contorquent, detorquent atque retorquent. Nec enim rudi Minervâ, aut ingenio minus felici, operâque leviori ad rudioris tantum populi captam, consignavit ista *Moses* *Ἰουδαίος*, ac in scribendo peculiari *θεοπνευστίας* munere instructus *προφήτης*, εἰς ἐκ ἄλλοις, ἕδρ' ὅτι ἂν φθίζετο δοκεῖν ἀπὸ λίγυτος ἀποῶσαι τῷ θεῷ, θαυμασὸς τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ἐπιπέδου ἀνδρῶν ἰχθὺς καὶ θανάτου; *Joseph. Libr. III. & IV. A. I.*

Pro-

Propheta quidem N. T. est, omnes tamen Chaldæorum antiquitates & astronomicas observationes, historiae profundâ vetustate longissimè transcendens, omnibus Græcorum Heroibus, diis, mysticis antiquior. Thesaurarius est totius Judaici & Christiani Sacramenti, ac malleus omnium mundi Sapientum, in ipsa exili voce & tardiori lingvâ potentissimus, quo ipse Dei Spiritus peculiari robore est operatus. Litigiis ergò nil opus erit, eò quòd expressis textûs Mosaici verbis quæque decidantur. Sanè si Deus non fuisset auctor, Spiritus S. augustissimum illud Essentiatoris Triunius **יהוה אלהים** elogium minimè, sed alia adhibuisset verba; quandoquidem additâ unâ vel alterâ adhuc voce totum dissensionis globum disjicere potuisset. Sed non erat cur adjiceret, veritati consentientibus. Neque aliter se gessit Moses, cum ipsorum hominum operam, construendis subligaculis navatam, describeret, quam tamen nemo in dubium vocare hæctenus est ausus. Et quid decessisse eò putas auctoritati divinæ, si dicatur, ipsummet Deum machâsse animalia, atque ex eorum pellibus confecisse hominî tegumentum? **אשר יהוה אלהים** Multa profectò prostant exempla, parcius, brevitatis studio, adducenda, in quibus omnibus similiter Numen benignissimum se exhibuit. Contenti erimus unico Mosis exemplo, quem, cum servum fidelissimum habuerit, ipse composuit, ne cognitò fortè ejus sepulchrò pertinax satis populus vetita inibi faceret mysteria. Si verò quis acquiescere nolit in ista probatione, atque inferat, obscuram eam admodum esse, cum in magna controversiæ alea positus adhuc sit modus sepulturæ Mosaicæ: respondemus, in utroque Mosis textu proprietati literæ tamdiu inhærendum, donec ut mittamus eam, ratio ex textu, cum diviniore Scriptura collato, evidens svadeat, aut emergens inde absurditas urgeat. Sigillatim quâ nostram vocem **יהוה** monemus, ab omnibus celebrioribus Philologis, qui locum suum egregiè implevere, asseri, Conjugationem primam, quæ Kal in communi appellitari sivevit, simplicem habere significationem, secundam, Piel dictam, intensivam, tertiam, sub nomine Hiphil venientem, effectivam, sive physicè, sive moraliter, quartam denique per Hithpaël effereendam, reciprocam, quam rem *B. Glassius*
 Libr.

Libr. III. Tract. III. à p. 320-327. (600. 612.) prolixè prosequutus est, atque Canonibus accuratissimis comprehendit. Quod verò simplicem obtinet significatum, illud, in quantum tale, in eadem significandi classe, eodemque Scripturæ textu manet, effectivam habere significationem nequit, pro quo absurdo neminem militaturum confidimus. Dum Deus ipse fecit, aliorum ministerio vestes istæ confici non debuerunt. Aut enim Deus causa physica, aut moralis; si physica, quid legitis opus? si moralis esset, ubi textus authentici auctoritas, quæ isti asserto directè contradicit? Ultraque autem fuisse omnino non potuit, quod nec omnipotentia ejus quicquam detrahit. Taceo, quod Radicem עשר in conjugatione tertia Scriptura atque Lingua Sancta plane non possideat, adeoque significationem moraliter effectivam inde non arcessat. In hanc etiam sententiam optimæ translationes consentiunt, quæ ipsummet Deum fecisse has vestes testantur, quò facit Onkelosi: **וְעָבַר יי אֱלֹהִים** Similiter Syri: **לֹאֵסוּ סְבָרָה מִן לֵאסוּ** Loco עשר adhibet **עָבַר**, quod עבר Hebræis sigillatim est servire, agrum colere aut servilia facere; Aramæis verò in communi aliquid operari, producere, sive ex nihilo, sive, ut frequentissimè, ex prævia materia. Loco nominis divini essentialis יְהוָה more suo **לֵאסוּ** adhibet, quod propriè dominium denotat, Deumque ab essentia & attributis quibusdam, juxta piam quorundam cabalam denominat, ut, **אֵסוּ** designet **לֵאסוּ** dominium; litera **אֵ** verò **לֵאסוּ** magnificentiam, **אֵ** denique **לֵאסוּ** essentiam divinam. Ita enim per **אֵ** nomen **לֵאסוּ** universi hujus dominium, summam Numinis reverentiam æternamque ejus essentiam, aliarum omnium causam, fideli in memoriam vocare potest. Ipsum **אֵסוּ מִלֵּא מִלֵּא מִלֵּא** apud Chaldo-Syro-Samaritanos, **B** **Æthio-**

Ethiopes & ³מֹרָא apud Arabes descendit à Radice Hebr.
 מֹרָא extulit sese, unde Syris est ³موراب imitatus est, Arabibus
³مور profecit, juvit, ut dominus adeò vi originis sit, qui egregiis
 Kemp. meritis juvit, ob virtutem ad majorem præ aliis dignita-
 tem elatus, ac imitatione dignissimus est. A vero igitur ablu-
 dunt, qui מֹר ex Hebræo מֹרָא doctor à Radice מֹרָא deducunt :
 cum Holem Hebræorum quidem in Kamez Chaldaicè mutare,
 non tamen eadem facilitate ׀ Radicale abjicere & ׀ servile sta-
 tuere liceat, præfente convenientiori Radice in ipsa Hebræorum
 lingua cognatisque filiabus. Longius autem aberrat Vir cate-
 ra summus, dam in Pl. 12. commentans asserit. *Syriacum Maram*
proposità literâ beemantisâ ab Aram descendere, Syriacque Deum ׀
Dominum dici Maram. Verum vocem Maram penitus igno-
 rant Orientis Linguae : מֹרָא Chaldæi pariter atque Syri agno-
 scunt, nec à Gentis suæ conditore deducere, salvâ Grammaticæ
 Analogia, historiæque veritate possunt aut volunt. Chaldæi
 מֹרָא non tantum de Deo Dan. 2. 46. C. 5, 23, sed etiam de Rege
 Dan. 4. 16. 21. imo מֹר Targumistæ de Doctore, sapiente, Magistro,
 & promiscuè de quovis domino minoris, Sacræ aut civilis, digni-
 tatis adhibent : מֹרָא vero ad constitutum in majori dignitate,
 Doctorem summum, reliquis sapientibus præfectum, transferunt,
 de quo R. Elias in *Tibibi*. Et quanquam Syri in N. T. per excel-
 lentiam Christum nominent ³مور aut ³موراب, ista tamen
 nomina nec Christo, nec Deo apud Syros propria sunt, ut con-
 tendebat *Angelus Caninius* disquis. Loc. N. T. Frequenter enim
 aliis etiam dominis tribuuntur, vereque aequipollent Hebræo-
 rum מֹרָא & מֹרָא Græcorum *θεοπότης* atque *κύριος*. Samarita-
 nus qua מֹרָא cum Chaldæo Syro, qua מֹרָא אֱלֹהִים optime
 cum authentico textu convenit, nisi quod מֹרָא in singulari nu-
 mero adhibeat, cujus loco per peculiarem significandi vim in
 numero multitudinis מֹרָא אֱלֹהִים adeoque tres individua
 Dei.

Deitatis personas de homine vestiendo ornandoque sollicitas in-
troduxit. Arabs vero מָשַׁח convenienter per مَسْحًا ex-
presit, quod curavit, fecit, ipsi significat, ut & aliàs مَسَّح .

Verùm malè vocem מָשַׁח penitus omisit. *Franciscus Georgius*
Tom. I. Probl. Probl. 59. allegoriam loco huic affingit, *Deus, in-*
quiens non fuit lanis, ut occideret oves vel agnos, quia cum animalia
fecerit bina & bina, si duo vel quatuor occidit ad perficiendas tuni-
cas, ergo deinde creavit alia, quod falsum est: quia quievit Deus die
septima: sed hæc sunt per allegoriam dicta, ut intelligantur hæc tunica
facta ex pelle illius agni, de quo scribitur: Agnus occisus est ab origine
mundi, ut ipsius meritis omnia peccata tegantur &c. Optimè qui-
dem monstrat, nudam Adami turpitudinem coram sanctissimis
DEI oculis non nisi veste justitiæ Christi regi potuisse, eamque ju-
stitiam jam tum agnitam, fidelique apprehensione rite applica-
tam fuisse. Cæteròquin tamen minimè reprehendenda reprehendit,
& multis absurdis rem clarissimam in omnes versat partes.
Quis quæso unquam in consignanda temporum historia allegoriis
usus? Nemo hominum doctiorum equidem id fecit hæctenus,
multo minus ipse DEI Spiritus, à quo omnis sapientia nostra. Hi-
storiam non allegoricum, sed lenè & spontè natum dicendi genus
decer, alioquin omnis gratia perit. Neque ullum in Scripturis
fundamentum habet illud, quò asseruit bina & bina animalia tan-
tùm esse creata, ne verbo quidem commenti hujus sit mentio. Di-
citur tantùm, Deum omnis generis animalia creasse & benedi-
xisse illis; jam ex his eliciat assertum suum Franciscus, planissi-
mè hallucinatur, quicquid etiam asserat. Justinus equidem in
Explicatione quæst. 49. pro partibus ejus stare videtur, cum in-
quit: *Si in omni genere sunt generis principia, & generis principia*
Dei opera sunt, quæ autem subiecta sunt generis principis, opera sunt
natura semine atque ortu extantia, perspicuum est, Deum uniuscujus-
que generis non fecisse nisi par unum maris & femina. Quæ verò con-
sequutio? Probare satagit Justinus ex generis uniuscujusque
principis animalia bina & bina solum esse creata, ast edoceat
optimus Vir, non nisi unum par unius generis fuisse principium,
B 2 quod

quod nunquam poterit. Adeoque satis firma stat sententia nostra, qua cum Mose Gen. 3, 21. *B. Gerbaro* Tom. IV. de Sacr. §. 2. nec non Tom. VII. de Conjug. §. 207. *Dn. D. Calovio* Comm. in Genes. p. 434. *B. Ursino* Libr. VI. Analec. S. Vol. I. p. 333. & *Piscatore* asserimus, Deum vestium istarum fuisse auctorem, ac ea de causa juxta citatum *Ursinum*, primum pellificem.

§. 3. Fecit autem Deus, modo memoratas vestes, non creavit, quod cum *Iustino* in quaest. & respons. qu. 49. *Procopius Gazem* in Commentariis Geneseos contendit, cum Theodoreti diluit rationes. Quippe putat tunicas istas absque occisione animalium bifariam confici potuisse: vel ex conversione praesistentis materiae in pelles, (sicut enim aquas Nili convertit in sanguines; sic materiam elementorum in pelles mutare potuit,) vel ex creatione de nihilo. Nam cum homo diei sexta initio conditus; hora sexta ejusdem diei peccaverit, & de paradiso ejectus fuerit: nihil prohibet Deum eadem die sexta pelles creasse de nihilo, cum nondum septima advenisset dies, in qua quievit ab omni creationis opere. A vero autem aberrat doctissimus caeteroquin Vir, & dum alios sub examen censuramque suam vocare sustinet, ipse Aristarchi virgulam incurrit. Nam quod in Theodoro taxat, id in se taxandum etiam reperit, neuter nimirum fundamentum haber, quo nitatur. Unde neque conversionem praesistentis materiae in pelles, neque creationem de nihilo, solidò quodam argumentò roborare poterit *Procopius*. Et quod in confirmationem prioris sententiae adducit exemplum, parum ad stabiliendum Ejus assertum facit, cum dispar longè inter collata sit ratio. Nilus tanquam liquidum in aliud liquidum opere baculi Moysi, quo feriebantur aquae, converti facilè divinà virtute poterat, id quod ambabus largimur manibus; aderat enim materia subjectiva, quae actum istum recipiebat. Ast evineat exiude *Procopius* praestitisse materiam convertendam in pelles. Quoad vero existentiam ejus non confirmabit, exanime illius hac de re judicium jacebit. Dicat quis, de nihilo igitur fortasse Deus creavit eas, quod innuit posterior sententia. Regetimus, neque hoc esse verum, & probatum id dabimus multis certissimis documentis. Sententiae suae
his

his robur addi putat sapius citatus Procopius, hominem sextæ diei initio conditum, horâ sextâ diei lapsum, & paradiso ejectum, concludit ex iis, nil prohibere, Deum reliquâ diei spatiô pelles istas creasse. Concedimus equidem productionem hominis sextâ die factam, nec negamus plura animalia eâdem die condi potuisse; id verò omninò repudiamus, hominem die creationis sæe lapsum, ac primo statim die paradiso expulsum. Quanquam non fugiat nos, quamplurimos è celebrioribus Patribus, S. Irenæum, Cyrillum, Epiphanium Sarogensem, Ephremum, Philoxenum, Barcepham & Diodorum apud Pererium in universum tradere hanc sententiam; adversas tamen hic tueri partes multæ gravesque jubent causæ. Nitentur solum Scripturæ testimoniis, quæ ante ejectionem Adami sequentia refert: Die sexto conditus extra hortum homo; in hortum deducitur; arbor vitæ & scientiæ ipsi indicatur; Lex datur; animalia coram eo sistuntur, ut de singulis seorsim dispiceret, & pro speciei cujusque natura nomen imponeret; homo in somnum incidit, eique dormienti costa eximitur; mulier effigiatur, ad maritum deducitur, ab eoque agnoscitur. Hæc omnia sextâ die. Ab his novô quasi sumitò exordio narrantur, quæ ad hominem destruendum pertinent. Mulierem adoritur Satanas; disceptationes variæ habentur inter mulierem & Satanam, nec non inter mulierem & virum. Adjiciantur, quæ sequuta sunt; subligacula confecta, latibula quæsitâ, tristissimum istud תנן auditum, quæstio & censura judiciaria instituta, amictus novicius utrique collatus, utriusque denique expulsiô facta. Hæc nos ita movent, ut non possimus non, quin à recepta sententia abeamus, & paulo aliter statuamus. Expendat quæso quis unius dieculæ angustias, & factorum recensitorum multitudinem, confidimus ipsum sententiæ nostræ accessurum. Sufficiet tamen nobis interea evicisse, Deum vestium istarum fuisse auctorem, evicisse etiam, Deum fecisse eas, non creasse, in ipsas tunicas potius nunc cogitationes nostras dirigemus.

S. 4. Ingredivimur apertissimum controversiarum campum, ubi varia scribendi materia nobis præbetur. Si enim ullibi He-

nihil dicent. Et si quid fortè ab aliquo appositè dictum sit, quod valde rarum, ejus sensus plerumque neque adeò obscurus est & abruptus, ut explicatione indigeat. Quod quàm vere dictum sit, ea quæ sequuntur, luculenter confirmare poterunt. Proferamus primùm ea, quæ in rem præsentem in פרקי Capitulis, five historia mundi ad tempora Gamalielis II. libro inter Judæos celeberrimo, afferre voluit R. Eliezer Cap. XX. fol. XII. col. 4.

רבי אלוֹעֶזֶר אומר מן העור שהפשיט הנחש עשה הקֹבֶה כתונת כבוד לאדם ולעורו שנאמר ויעש יי' אלהים R. Eliezer ait, ex

pelle, quam exuerat serpens, fecisse Deum tunicam honorabilem Adamo ejusque adjutorio, sicuti dicitur Gen. 3. 21. Et fecit Dominus Deus Adam & uxori ejus tunicas pelliceas & vestivit eos. Ab hujus asserto longissimè abit Raschi fol. VI. col. 1. ad hunc locum:

יש דברי אגדה אומרים הלקום כצפורן היו מדובקים על עורן. ויש אומרים דבר הבא מן העור כגון צמר ארנבים שהוא דך וחם ועשה להם כתונת ממנו:

In lepida quadam narratione dicitur, particulas instar unguis adhaesisse cuti illorum. Alii vero asserunt, fuisse rem de quadam pelle proveniente, v. g. pilos leporinos, usum lana mollissima præbentes, & ex iis fecisse Deum ipsis tunicas. At sapiens R. Aben Esra ibidem in medio relinquit, neque quicquam verum asserit, aut vanum arguit, quod ex ejusdem verbis satis liquet:

יש אומרים כי בתחלה היו עצם וכשר ועתה קרם עליהם עור. ויש אומרים כתונת לעורם ואחרים. אומרים כי יש

בהמה בדמות אדם וחשם צוה ונפשט עורה. ואין ואין לבקש בואת רק נאמין שהשם עשה לאדם גם לאשתו כתונת עור ומי ומלל גבורותיו ומי יספר

מקשיו ונפלאותיו ואין חקר לגדולתו: Quidam ajunt Adamum & Evam initio tantum ex ossibus & carne compositos fuisse jam vero Deum iis obduxisse cutem, (& hanc tunicam pelliceam vocari.)

Alii

Alii verò dicunt, novas tunicas ad cutem illorum jam accessisse; & hinc denudò alii putant, fuisse bestiam quandam, homini staturâ & formâ similem; quam Deus pellem suam exuere jussit. Verùm nostrum non est, in hæc curiosius inquirere. Sufficiat credere, Deum ipsum Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas fecisse. Quis enim eloquetur potentiam ejus? (Ps. CVI. 2.) aut quis enarrabit opera & mirabilia ejus, non est peruestigatio magnificentie ejus (Ps. CXLV. 3.) Quivis horum in eadem sorte cum altero vixit, quivis etiã in Scriptura riè enucleanda suum se officium præstitisse autumat. Si tamen judicium de eorum opera ferendum, atque decidendum, quis princeps ponendus, quisque partes suas optimè impleverit, Aben Esrâ plurimum deferimus. Priorum uterque fabulis delectatur; hic etsi varias opiniones in medium profert, nullam tamen defendendam sibi suscipit, sed modum servat, atque contentus se cum Scriptura sentire. Atque eam ob causam multos Christianorum in ruborem dat, qui negligentius Scripturas non tractant, sed conspurcant, violant, aut ad minimum in sensum allegoricum perverse detorquent. Abraham Aben Esra autem hic loci non tantum est naris inter Rabinos emunctioris, majorum fabulosa & falsa vel corrigens, vel refutans & explodens, dignissimò Excell. Dn. Clodii de Cherub. p. 10. judicio, sed & longè superat Theodoretum, Cyri Episcopum, qui *quæst. 39. in Genes.* eundem locum discutens, durissima hæc verba inter alia effudit: *Non oportet adherere nude literæ Scripturæ Sanctæ, tanquam veræ, sed thesaurum in litera latentem quarere: eò quòd ipsa litera divinæ Scripturæ interdum falsum dicat.* Equidem F. Sixtus Senensis *Bibl. Sanct. Libr. V. Annor. LV.* pro ipso contendit, verba hæc non esse ita intelligenda, ut putemus divinæ Scripturæ literam, quæ ipsa veritas est; falsum aliquid pronunciare: sed quòd nobis, nudum tantum literæ sonum considerantibus & latentem in ea sensum non introsipientibus, falsum dicere videatur. Suffinemus autem de hac excusatione judicium, & senatorium illud usurpamus N. L. Id unum dicimus, omnium votis non satisfacturum, eorum præsertim, qui & Originem cum Methodio & Epiphania suspectum habent, atque in Tomis Genes. locum nostrum explanantem statuissent dicunt, quòd tunice pelliceæ, quibus Deus primos Parentes induit,

duit, non fuerint verè tunicae pelliceae, sed carnalia & mortalia cor-
 pora, quibus post offensam & ejectionem è paradiso Adam & Eva
 induti sunt. Addit Epiphanius, idèò ipsum ita sensisse, quia existi-
 maret, rem admodum ridiculam esse, quod Deus decoratis mor-
 tuis animantibus pelles pararet, & pelliceas tunicas consueret, ac
 si esset coriarius vel pellium sutor. Citatus tamen F. Sixt. Senesf.
 Bibl. Sanct. Libr. V. Annot. LIII. acriter eum defendit, atque cul-
 pam in Origenis annulos transfert, quos corruptissimo locum ait. Ve-
 ro enim simile haud esse, Origenem talia scripsisse, pugnantem
 adversus hoc hom. 6. in Leviticum, ubi his verbis mentem suam
 aperiat. *Fecit Deus tunicas pelliceas, & induit Adam & mulierem
 ejus: Illa ergò tunica de pelibus erant ex animalibus desumpta. Tali-
 bus enim indui oportebat peccatorem, pelliceis, inquam, tunicis, quae
 essent mortalitatis, quam pro peccato acceperat, & fragilitatis ejus,
 quae ex carnis corruptione veniebat, indicium.* Et nos fatemur, Ori-
 genem equidem hìc asserere, tunicas istas verè fuisse pelliceas, ni-
 hil tamen prohibet statuere, suo se gladio jugulasse, ac primo
 auctoritate indicio, sententiam priori suae contrariam tulisse
 Origenem. Ea enim veritatis vis est, ut & nonnunquam eorum
 sensum feriat, qui vel maximè eidem reluctabantur. In exemplum
 producemus Theodoretum, qui paulo ante contendebat nudae
 Scripturae literae non esse adhaerendum, sed allegorias, quas the-
 saurum in litera latentem dicit, eliciendas; at à se ipso diversus
 question. 30. in Genes. cum Theodorum Heraclae & Gennadium
 Constantinopoleos Episcopos carpit, confirmantes, pelliceas
 tunicas h. l. significare arborum cortices: Nam sicut animalium
 corium pelles dicantur, ita & arborum cortices pelles appellen-
 tur, ergò ex arborum corticibus aptis ad vestium, compositio-
 nem primi parentes divinà suggerente pietate tunicas sibi fecis-
 se, sicut & ante sibi ipsis praecinctoria fecissent ex foliis ficus, ad
 velandam genitalium turpitudinem, talem in modum loquitur:
*Ex his, qui allegorias persequuntur, quidam pelles ajunt
 fuisse carnem mortalem: quidam verò è corticibus arborum
 eas comparatas fuisse asserunt. Ego verò neutrum borum opi-
 probo, hoc enim nimis curiosum, illud verò valde fabulosum.*

Cum enim divina Scriptura dixerit, corpus formatum esse ante animam: quomodo fabulosum non est dicere, Deum illis dedisse carnem mortalem post transgressionem mandati. Verum curiosè inquirere, unde Deus pelles habuerit, & ob id novam amictus speciem ex arborum corticibus excogitare, superfluum mihi esse videtur, cum omnium Creatori non deeret, unde tunicas istas pararet. Optima in rem præsentem verba sunt, humanæ imbecillitatis vestigia in Theodoretò ipso opere deprehensa esse, & in Origene forsitan haud uno in loco deprehendi posse demonstrantia. His tamen multisque aliis controversiis satisfacere haud poterimus, nisi textum authenticum hic etiam consulamus.

§. 5. Accuratius proinde vocularum עֹר פְּתִילֹת habebimus rationem, quod maximum momentum afferet operæ nostræ. Quinque in universam Scripturæ loca notarunt Masorethæ atque R. Nathan in Concordantiis, ubi vocis פְּתִילֹת mentio fit. Unus noster est, Genes. 3. 21. alter extat Exod. 39. 27. inibi fecerunt Aaroni & filiis ejus עֹר פְּתִילֹת tunicas byssi. Tertius habetur Esr. 2, 69. qui refert oblationem populi Domino, quod dederint magna auri argentique pondera & פְּתִילֹת כְּהֹנִים tunicas sacerdotum. Quartus reperitur Nehem. 7. 70. in quo idem legitur, quod in præcedenti. Postremus denique vers. 72. ejusdem Capituli, quia duobus prioribus nihil diversus. Circa primum solum occupabimur, quanquam meditatione, quam huic impendimus, cæteri etiam explanari queant. Ante omnia de vocis hujus origine solliciti erimus, quam dedit ipsi, Hebræis & Chaldæis inusitata, Radix כָּתַן, cujus reliqua derivata evolere operæ pretium videtur, ut major nostro lux accedat. Potissima inde adhuc manantia sunt כְּתוּנָה & כְּתוּנָה, quorum utrumque tunicam notat, utrumque etiam ita reperitur Genes. 37. 23. ubi exuerunt Josepho fratres אֵת כְּתוּנֹתָם אֵת כְּתוּנֹתָם אֵת כְּתוּנֹתָם tunicam talarem & polymitam, ut Vulgatus vertit, nec male. Conf. ed Excell. Dn. D. Pfeifferi *Dub. vexat. Cent. 1. p. 196.* Videtur enim id discriminis hic in-

recedere inter כהונה & כהונה, quod illud significationem
ἀταβολαίη sive amicali, Vulgato talaris dicti, quia ad talos usque
 se porrigit, innuat, hoc *εταβολαίη* habeat rationem, quia sub ta-
 lari latebat, ad quem ferme modum hac tempestate alicubi verbi
 divini Ministri incedunt. Ab his duabus formis nonnulli no-
 stram deducere satagunt, formando ex iisdem pluralem, quò de-
 stituitur כהונות sed non כהנות, ut huic asserto, qua כהנות vix
 locus esse possit. De כהנות verò si quis talia statuere velit, non
 adeò repugnabimus, quandoquidem transpositio vocalium in
 verbis, & ortis inde nominibus, ceteroquin facile concessa,
 omnem difficultatem tollat. Peculiarem tamen nomini כהנות
 formam, solo plurali numero in Scriptura S. obviam, si quis tribue-
 re malit cum Philologorum primariis, ob tantam *ἀκλίτων* plura-
 lium in lingua & Scriptura sacra copiam, nostrum facile testabi-
 mur assensum. Eadem Hebræorum Radix multas dedit peregrini-
 nis voces: inde Græca Lingua suum *χιτών* sub tunicæ significa-
 tione accepit, quò & LXX. Interpretes Græci in sua translatione
 usi. Lingua Gallica suum *hocheton*, quasi *ὁ χιτών*, reliquit: Ver-
 nacula autem suum *Sutte* quæ Latinis tunica dicitur, inde habet.
 Sunt, qui & Cathon, Tinteum istud Belgicum, deductum exinde
 volunt, quod tamen in incerto. Defendent, qui poterunt. Nos
 contenti eo, adduxisse istas voces, quas prisca illæ ætas nobis reli-
 quit, quasque posteritas dudum approbavit. Onkelos nostrum
 כהנות generalis voce לבושין vestimentorum non satis conve-
 nienter expressit: quem tamen hic Arabs sequitur, vocabulo
 ثياب^٤ quod vestimentum, & frequentissimè quidem inte-
 rius, togæ *תורה* contradistinctum, denotat Matth. 5, 40. c. 9, i. c. 14,
 36. Act. 11, 5. à radice ثياب^٤ quæ, ut Syriacum *ܕܒ* & chaldai-
 cum *תוב*, per usitaram hinc literarum *מטרה* cum *βολη*, ab Hebr.
שוב, sub eodem revertendi & convertendi signi-
 ficatu, descendit. Convenientius Arabs à *کتان* conspurca-
 tus fuit, sub tunicæ sensu suum *کتان* Chaldaus autem כהנות
 reti-

retinisset, quod, post Samaritanum Interpretem, Syrus egregiè

hic præsinit: qui per $\overset{p}{\text{כ}} \overset{a}{\text{ו}} \overset{p}{\text{ל}} \overset{a}{\text{ו}} \overset{p}{\text{כ}} \overset{a}{\text{ו}} \overset{p}{\text{כ}}$ pl. $\overset{p}{\text{כ}} \overset{a}{\text{ו}} \overset{p}{\text{ל}} \overset{a}{\text{ו}} \overset{p}{\text{כ}}$

non tantum vestimenta interiora, utpote illam *συνδ'ορα* κᾱθ'απαρ
Matth. 27, 59. κᾱθ' ᾱθ'ο̄δ'ο̄ρ'ια Luc. 24, 12. sed etiam exteriora, nimirum
ipsum *χιτωνα* Matth. 5, 40. designare solet. In Latina lingua
כתנת optimè per tunicam videtur exprimi, alii tamen pallii
vocem præferunt. Verum utut כתנת interdum per מעיל explicetur,
eidem tamen sapiùs, potissimum in sacerdotali habitu, contradistinguitur:
quod rectè observatum traditumque est à Kimchio lib. rad. fol. 63. col. 2.
פעם יקראו הכתנת והמעיל כאחת שדומה כי שניהם ענין אחד כאשר כתוב
2.Sam.13.26 ועליה כתנת פסים כי כן הלבשן בנות הכלך הבתולות
מעילים אבל חכתנת הכתוב בכגרי כהונה אינו המעיל
כי כל אחד ואחד בגד בפני עצמו.

§. 6. Prius verò quam ad alia progrediamur voculam עור, quæ
nervum totius hujus negotii exhibet, sedulo nobiscum expendemus,
& multa de materia hujus vestis somnia ruent. Cum describatur
ferme Adam, ut ille apud Poëtam: /sc. Accipit /np. Virg. *Aeneid.* V.37.
Horridus in jaculis & pelle *Hybis* sidos ursæ.

Ideo ut singula magis pateant suæque luci sistantur, à prima origine
vocis עור significationem genuinam arcessemus. Descendit autem
ab ערה, quæ Radix non semper unum eundemque obtinet
significatum. Namque juxta R. Dav. Kimchi in ספר השרשים f. 98.
col. 3. edit. Venet. שפיכה ויציקה nudandi, evacuandi atque
effundendi sensum habet. Prior ille frequentissime occurrit,
alter verò cum tertio siliquantò rariores. Quanquam si rem
paulo diligentius consideremus, omni labore superfedere & in
una illa nudandi significatione acquiescere possimus, cum harum
vorum significatio & usus ordine sibi subjiciantur, ac certa
materix ratione in eodem conveniant; quod rudi quodam exemplo
demonstratum dabimus: Sit vas aquâ repletum, sanè si effundas
vel evacues, nudabitur. Verum enim verò pro ea sententia, quæ
omnium ferme Philologorum, militare atque dicere malumus,

verbum עָרָה in communi esse nudare, sigillatim replere, Gen. 24.
 20. וַתֵּר פְּדָה & replevit hydriam, dein etiam diffundere sese, ut
 virefcens planta Pl. 37. 35. Vidi impium fortem וַמֵּעֵרָה & vire-
 fcens juxta Varablum, Pagninus rectissime vertit, instar lauri
 viridis. Est enim מֵעֵרָה non tantum nudans alios, diffundens se,
 sed etiam idem quod מֵתְלַחֵלֵחַ revirefcens, humectans, juxta
 פְּדָה. Optime ὁ πᾶν Dn. Geier t. 1. Pl. p. 690. Late se diffun-
 dente, aliis juxta se succum, vires omnes praripientem, integris
 adhuc viribus, facultatibus, honore ac autoritate praditum, instar
 arboris suscipiente, ramisque, late diffusis ac luxuriantibus supra ce-
 teras conspicua. Apud Rabbines interdum adherere, nec non auf-
 ferre, apud Chaldaeos excitare, monere, admonere, notat; plerum-
 que tamen in nudandi significatione reperitur. De usu autem
 Grammatico hujus verbi nonnihil adhuc inter doctos contro-
 verti solet. Sunt enim qui Conjugationem primam activam ei
 denegent atque passivam solum tribuant, quorum numero Ed-
 mundus Castellus γλωσσαιολογικῶτατος continetur. Contrarium au-
 tem evincit locus El. 31. 11. Contremiscite, ttranquilla, commo-
 vemini, confidentes, exuimini וַעֲרָה & nudamini & ac cingimini
 super lumbos. Nam וַעֲרָה secundum רַדְק in שׁ fol. 91. col. 3.
 הוּא מְקוּר & plerorumque doctiorum judicio Infinitivum primae
 Conjugationis activae loquitur, qui loco Imperativi hic poni-
 tur, quod saepenumero fieri assolet, licet ita qua formationem
 grammaticam transpositionem vocalium וַעֲרָה pro עָרָה qua
 significationem, pariter ut in רָגַזְנָה pro רָגַזְנָה atque פִּשְׁטָה pro
 פִּשְׁטָה enallagen concedere cogamur. Ab isto עָרָה nunc fa-
 cili negotio nostrum עָרָה deducere poterimus, quicquid etiam in
 contrarium afferant, qui à Radice עָרָה formatum malunt, idque
 duobus potissimum modis, vel revocando עָרָה ad radicem praesentem
 suffixo הֵּ heemantico, quod vocant, vel statuendo ipsum
 עָרָה dedisse ei originem. Quippe verbum עָרָה omni nudandi si-
 gnificatu destituitur, ne igitur adducta sententia pro absurda ven-
 dita.

ditaretur, colorem quendam illi superinducere sunt annisi, red-
 cendo ערר ad עור; aut ceu vanum multis merito ridetur. Ni-
 hilominus multi missa probatione illa ad solam hanc Radicem
 descenderunt, atque inde vocem istam eruerunt, rationem eam
 suppeditantes, quod sic dicatur, quia sic pilis excitata sit, frigeat,
 quæ ratio satis frivola, & plerisque non satisfacit. In hoc articulo
 positus non videmus quid obstat, cur non cum Castello, Aria-
 Montano aliisque hac in re sit faciendum, qui statuunt עור dici
 ab ערה ideo, quod nudetur. Nec Origenistarum assertum mo-
 ramur, qui ex eo, quod vox hæc a nudando dicitur, arguerunt,
 tunicas has pelliceas fuisse carnalia & mortalia hominum cor-
 pora. Sed quamprimum Adamum Creatoris manus formarat,
 atque vitam eidem inspiraverat, nihil ad summam amplius resta-
 bat. Sociam quoque ipsi paulo post adjunctam, carnem de
 carne sua, & os de ossibus suis dicebat; ac ita Origenistarum
 mente vestitus erat. Ast, Scriptura teste, Deus post lapsum fecit
 ipsis tunicas pelliceas, id quod expressis verbis asseritur. Quid se-
 queretur inde? Deum duabus vocibus vestivisse hominem, ut Ju-
 dai fabulantur, quod tamen nemo unquam obtinebit. Pluri-
 morum proinde doctissimorum virorum immota stat sententia,
 vocem עור neque cutem carnis πρωτοπλαστον, neque cortices
 arborum, sed solummodo externas animalium pelles denotare.
 Nam nec Origenis asseclæ, nec etiam Gennadius & Theodorus
 Heracleotus alique fundamentum satis firmum suppeditare
 possunt, quo assertionibus suis addant robor. E contrario no-
 stras partes Scriptura cum celebrioribus suis versionibus agit,
 unde vanissimæ adversariorum illationes facillimè diluuntur. Si
 enim, ut patet, usum Scripturæ diviniore consulamus, vocem
 עור sub duplici significatione deprehendemus, primum ut deno-
 tet materiam, ut quidam loquuntur, in qua seu subjectum, ve-
 stium, cutem, ut sub exemplo agamus, hominum, cui vestes
 aptantur Exod. 22. 26. C. 34. 36. 35. Thenor. 5. 10. Jobi 2. 4.
 Quem postremum locum עור כער עור Chaldæus reddit
 אברא אברא אברא membrum pro membro: quem sequitur
 דשו

אבר בפני אבר כן דרך בני אדם : inquiring :
 Membrum pro membro: hic enim est mos hominum, ut animadvertens
 gladium capiti imminentem, vultum suum brachio suo protegat. Non
 membrum tantum sed integrum corpus per עור intelligit Abrah.

בעד גוף ויש אומר כי מנהג האדם להסתיר *AbenEsra*
 Corpus עינו כיון אם יפחד מהכה בעבור הדרתה נככר:

pro corpore, Est qui ita interpretetur, receptum hominibus morem esse, oculum tegere manu, si à percussione sibi metuat, quia oculus est membrum præstantissimum. Assurgit huic רמב"ם. Verum sine *cur- endo* tropo per עור sensu literali ipsa tantum cutis, præcipuum tactus organum, intelligitur, eo sensu; Aliena cutis pro Jobi cute verbera accipiat, id Jobus nec sentiet, nec dolebit. Accedit, quòd עור cutis, tanquam pars minus solida, extima, decoreque tegens partes subjectas, contradistinguat sæpius carni, licet parti minus solida Levit. 9. 1. 1. Cap. 26. Ezech. 37. 7. 8. Jobi 10. 11. ergò multò magis עור erit distinctum à nervis, ossibus, integro membro ipsoque corpore, tanquam solidioribus. Gemina Raschi & Aben Esræ similia rem satis confirmatam illustrare possent; præsentem autem negotio ritè declarando vix conveniunt. Cum Jobus membrum corporis sui ignobilius pro conservando nobiliori neque tunc, neque postea dederit; vera tamen tum proverbiali loquutione protulerit Spiritus mendax. Maneat igitur veritati consentaneum, illud עור tantum hominis aut bruti animantis cutem pellemve notare: proinde non subjective tantum, sed objective etiam interdum sumi, potissimum de cute brutorum adhibitum; tum enim designat materiam, ut loquuntur, ex qua vestes aliaque utensilia parantur, si nimirum cutis iis, quas tegebat, partibus corporis detracta consideretur Lev. 11. 32. Hoc sensu in Scriptura memorantur עוריות sive pelles hædorum Gen. 27. 16. arictum & taxorum Exod. 26. 14. &c. ut

ut & עור varia utensilia ex cute confecta Levit. 13. 49. 53. 57.
 59. Num. 31. 20. Nunc circa locum nostrum Gen. 13. 21. disqui-
 ritur, quò sensu hic עור veniat, an materiam in qua vestes nunc
 reperiuntur, i. e. subjectum, cui vestes erant aptandæ designet?
 an verò materiam, ex qua sunt confectæ? Quidam priori; nos
 posteriori sententiæ subscribimus, cum R. Jac. Abendana, qui utri-
 que sententiæ, scitè ac nervose adductæ, nostram præponit inqui-
 ens: כתנות עור של עור היו וים' כתנות לעורם: *pellis sive ex*
pelle fuerunt, sunt tamen, qui interpretentur, tunicas cui eorum,
 sive propter cutem illorum, protoplastorum scilicet tegendam.
 Equidem nemo linguæ Sanctæ gnarus ibit inficias nomen rectum
 sive duorum substantivorum posterius nonnunquam causam
 propter quam, seu subjectum, cui aliquid confertur, exprimere,
 commodèque apud Latinos, tertio casu reddi, ut Psal. 44. 23.
 צאן טבחה oves mactationi, scilicet destinatæ, adjudicatæ, vel
 propter mactationem adductæ. Nostrum autem עור causam
 materialem ex qua designat, estque in secundo casu efferendum,
 qui uti alias commodissimè in lingua sancta puriori ita & hic ex re-
 gimine cognoscitur. Possè autem hujusmodi Genitivum mate-
 riam ex qua significare, pluribus Scripturæ exemplis adstruit Dn.
 D. Glasius Phil. S. p. 452. ut extra controversiæ aleam id de-
 beat esse positum. Debere autem sigillatim hic Genitivum עור
 de materia ex qua exponi, universa textus series evincit. Tra-
 dit enim Moses plenè & perfectè protoplastorum vestitum:
Causa princeps & efficiens est יהוה אלהים ipse Deus: for-
ma exprimitur per ויעש כתנות: subjectum cui sive finis propter
quem sunt Protoplasti ואשתו ארם; insequens fructus sive
effectus est in וילבישמ. Cui igitur causarum generi עור com-
 modius adsignabimus, quam materiæ ex qua? Idem evincit
 proprietas verbi עשה, quod, si ברם כרם contradistinguat, refer-
 retur ad creationem, quam vocant Scholastici, mediatam, sive
 specierum distinctarum ex materia primi diei productionem,
 atque infert eorum, quæ primo die condita sunt, ordinationem
 ac majorem exornationem, ut tempestive monuit Dn. M. Præses
 D disp.

disp. de imagine DEI ex Gen. 1. 26. p. 13. Vestium igitur produ-
 ctio verbo **וָשַׁע** significata, facta est ex præexistente materia:
 aut materia commodior nulla ostendi poterit, quam quæ difertâ
 textus voce **וָשַׁע** exprimitur: ea autem perpetuo Scripturæ usu
 pellem seu cutem animalium denotat, reliquis corporis partibus
 conjunctam aut detractam, cum vel sine pilis, ut *Cornelius a Lapi-
 de* ad locum nostrum asseruit. Mirum adeo videri debet, qui ad
 absurdam illam, omni textus literâ omnique Translatione ge-
 nuina destitutam sententiam delapsi sint *Gennadius & Theodorus
 Heracleotus*, ut ex arborum corticibus vestes protoplastorum con-
 fectas fingerent, omni animantium genere repudiato, ad arbores
 conversi. Certè vocis **וָשַׁע** in Scriptura usus eò illos non deda-
 xit; sed merus ingenii lusus: qualis & ille est, sed fortè tolerabi-
 lior, Judæorum apud *R. Menasse ben Israel: Adamo וָשַׁע post lapsum
 erat, cui ante וָשַׁע: qui unius (id N) Dei subditus dominio, nunc
 septuaginta (id V) subest Principibus.* Tot videlicet sunt linguæ,
 populi, Regiones & regionum angeli tutelares, juxta Judæos. Nos
 potiore meritò curam gerimus celebriorum translationum, ubi
 in Oriente offert se Onkelosus Chaldæus Paraphrastes: qui **וָשַׁע**
לבושין רוקר על קשה בשריוון pluribus **וָשַׁע** **לבושין רוקר על קשה בשריוון**
vestes honoris super cutem carnis suæ. Vestes honoris dixit, indi-
 caturus finem, propter quem vestimenta homini collata, nempe
 non superbiæ causa, quæ opinio plerosque dementat homines,
 sed honoris ergò, ne nuditas tum temporis jam probrosa poste-
 rorum incurreret oculos. Refricat memoriam lapsus nostri
 adjecta hac vocula honoris, atque exprobrat nobis fœditatem,
 quam peccato sumus consequuti. Ostendit bruti pellem ipsius
 Regis animantium cuti honorem conciliasse. Turpem hanc,
 illam honestam pronunciat. At quando addit **וָשַׁע**
וָשַׁע super cutem carnis suæ, refellit quidem Origenistarum
 assertum; malè tamen **וָשַׁע** explicat de ipsa protoplastorum cute:
 cum subiectum totale vocibus **וָשַׁע וָשַׁע**, immediatum ve-
 ro non per **וָשַׁע**, sed materia ex qua exprimitur. LXX. In-
 terpre-

terpretes Græci, si vera quidem sit, quæ nomine eorum circumfertur translatio, debitam textus authentici rationem sæpe non habent, hic tamen dignissimo interpretandi officio legitime sunt defuncti, quando reddunt *χιτώνας δερματινας*. Descendit *δερματινος* ἀπὸ τῆ δέρματος, quod pellem notat, & contradistinguitur τῆ σίτου corio, unde scutum dictum, quod antiquitus inde parabatur. Corium enim est durius & majorum animalium, ut boum, equorum, asinorum; Pellis est tenuior & minorum animalium, ut hominis, leonis, ovis, canis; adhæc corium est erudum, pellis est corium maceratum & emollitum, uti censet *Varro de Ling. Lat. l. 6.* Derivatur autem τὸ δέρμα ἀπὸ τῆ δίρειν proprie pellem detrahere, præterea verberare, cedere. Utrumque & *δέρμα* & *δερματινος* nonnisi semel in Novo Fœdere reperitur, Matth. 3. 4. ubi D. Johannes Baptista habuisse indumentum dicitur è pilis camelorum, & Zonam *δερματινήν* circa lumbos suos. *Vulgatus, Erasmus* atque *Beza* converterunt pelliceam Zonam, B. Lutherus einen ledernen Gürtel. Id ne mireris, tenendum, Luthero vernaculæ peritissimo, eoque nomine vel Scaligero impense laudato, aliter reddere non licuisse propter genium Linguæ. Nam si reddisset einen pelzhernen oder fellenen Gürtel non omnino boni Interpretis laudem esset consequutus. Hebr. 11. 37. ubi Paulus martyrum Sanctorum longum textit ordinem, atque multos eorum refert oberrasse *ἐν μανδραγῆς, ἐν ἀγέλοις δέρμασι* in ovillis & caprinis pellibus. *δερματινος* itaque in Scriptura solum pelliceus vertitur, quanquam non repugnemus, apud profanos Scriptores corium interdum designare. Perinde ut Chaldæo-Syriacum *ܩܘܨܐ* ut plurimum quidem pellem corpori detractam à *ܩܘܨܐ* denotat; sæpius tamen etiam ad corium transfertur. Sigillatim Syri, quibus *ܩܘܨܐ* significat tenuis fuit, *ܩܘܨܐ* de tenui pelle adhibent, qualis

D 2

ovium

ovium & caprarum, ut Hebr. ii. 37. לְבַיִתָּהּ מִבְּרִיתָא

לְבַיִתָּהּ מִבְּרִיתָא Edmundus Castellus Lex. inrayl. col. 2161. observat לְבַיִתָּהּ מִבְּרִיתָא peculiariter adhiberi de pelle coloris fusci sive rubri. ad nigritatem vergentis. Nobis ad praesens institutum sufficit לְבַיִתָּהּ מִבְּרִיתָא convenienter de ovilla pelle adhiberi à Syro. Ab eodem themate Arabs habet لَبْدَان pl. لَبْدَان sub eadem pellis atque corii significatione: verum cum لَبْدَان Arabibus propriè tenere apprehensum sit, unde لَبْدَان avarus, quasi dicas tenax, bey dem das Geld hart hält/ der nichts gern aus den Händen läßt/ maluit R. Saadus Gaon, Translationis Arabicæ in Pentatevcho auctor, adhibere voeem בֵּדָן pl. בֵּדָן quæ in communi quidem corpus Gen. 2. 24. peculiariter tamen corpus exanime, ut Abyssini cum בֵּדָן ejusque partem exteriorem, corium atque pellem designat, à בֵּדָן evasit corpulentus. Unde nos pellis, sed tenuioris &, ut vocis Syriacæ usus admittit, ovillæ significationem hic retinemus.

§. 7. De eo enim vel maximè nunc disquirendum, cujus animalis fuerint istæ pelles? Quendam Christi typum in vestitu Adami absconditum latere, omnium Theologorum mens est, atque abunde etiam probari potest. Nam cum homo atroci & singulari illo maleficio divinam gratiam atque clementiam amisisset, ac ea de causa poenas longè tristissimas daturus, adeo ut desperatio lymphatura ejus animum esset, corævus Patri Filius negotium componebat, atque beatissimo nuntio confusos luctu erigebat, mactatorum quoque animalium pellibus vestiebat. Ideoque ejusmodi animalis species eligenda, quæ Christo quam simillima. Serpenti tantum cum R. Eliesere tribuere, permillum nobis non arbitramur. Serpens est animal venenosum, illiberale, perfidum, callidum, insidiosum, & Nobis inprimis inimicum. Nec nobis tantum hominibus, verum cæteris animantibus singulis, ita ut videatur gerere bellum cum universa natura, Franz, *Hist. Animal. Sacr. Part. IV. C. 1.*

Appli-

Applicentur autem hæc Christo, & videatur, quæ par conditio inter collata intercedat. Nisi fortè implacabile odium, & quo nullum diuturnius fuit in terris, amicam conspirationem dicere liceret. Is enim ille ipse est, qui contriturus & jamdum contrivit veterano serpenti non caudam, non corpus, cum parum istud moraturus fuisset, sed caput, quod maximè serpentibus curæ esse solet, & quo contrito nulla spes ad salutem superest. Leporem vero cum Raschi eò attollere non convenit. Insepe quidem modo memoratus Raschi, pilos leporinos usum lanæ nobilissimæ præbere, & inde evictum iri autumat, ejuscemodi materiam vestimento huic non adversari. Verum enim vero lepus est animalculum impurum, in sacrificium nequaquam offerri solitum, præterea timidissimum, solitudini deditum, infirmum oculis, libidinosisimum & qualisunque calliditate præditum; Quæ omnia Christo competere nequeunt. Qui leo de tribu Juda, Apoc. 5, 5. num expavesceret? Qui nobiscum est omnibus diebus, usque ad consummationem seculi, Matth. 28. vers. ult. num solitudinem coleret? Cujus oculi tanquam flamma ignis, Apocal. 1, 14. num acutissime non cerneret? Qui nullius peccati sibi conscius, num libidine delectaretur? Qui denique omnes sapientiæ thesauros in se absconditos gerit, Col. 2, 3. num calliditatem affectaret? Itaque Elieser cum serpente suo, & Raschi cum lepore hic nullum inveniunt locum. //
 AbenEsra nihil certi statuit, sed mentem tantum quorundam esse dicit, fuisse *bestiam homini formâ & staturâ similem*, quam Deus exuere jussit pellem suam. Iple tamen sententiam vanam arguit; nec id præter meritum: talem enim Scriptura pariter ac natura ignorat. Nos ovem hic præferimus, atque *μηλωτήν* Adamum gestasse, conjicimus cum B. Ursino Vol. 1. Anal. Libr. VI. p. 333. Suppeditabimus quoque haud temnenda hujus asserti documenta. Agni naturam initio penitus intuebimur, & inde ad alia faciemus progressum. 1. Animal istud non est callidum aut astutum, sicut vulpes, leones, pardi, sed omnino simplex, quod facilitate potest errare, & sepe solet prorepere in loca deserta, etiam si nulla imminente urgeatur vi. Ad eundem modum Christus calliditatem arque astutiam vulpinam Phariseorum omni odio prosequutus, & ovinae simplicitati, quæ longè tamèn supra illam, stua-

pauit; sponte sua in desertum hoc venit, satisfactorius Patri pro peccatis nostris. 2. Ovis non habet fortitudinem leonis, aut generositatem equi, aut impudentiam canum, nec etiam novit insidias, sed est ingenio & moribus mansueta, caret felle, est placidissima inter omnes quadrupedes bestias. Præterea insigni prædita est patientiâ, non boat, non ululat, imò neque os aperit, sive tondeatur, sive mactetur, cum ex adverso alia animalia non tantum vehementer renitantur, verum etiam exclament, ut clamor vix tolerari possit. Pariter vetus paschalis ille agnus Christus mansuetudinem elegit, Impatientiæ aliorum, & imprimis latronum, admirandam patientiam, quâ agno simillimus, opposuit, non minatus, cum virgis caderetur, non reluctatus, cum cruci affigeretur. Calumniatores, qui ad impudentium canum instar crucem circumcursitabant, & atrocissimis convitiis in eum intonabant, nil moratus, maledicentibus non maledixit. 3. Ovis à natura factum est animal admodum inerme; non valet unguibus, non dentibus, non calcibus, & licet arietes sint cornuti, (sicut in quibusdam locis omnes oves sunt cornutæ) tamen ferocia destituuntur, & omnes sunt timidissimæ, non crudeles, sed misericordes; cum foetum etiam suscipiunt, non sæviunt, sed omnino sese præbent prædam hominibus & bestiis. Simili modo Christus, etsi multis angelorum legionibus stipatus foret, nullum animi rancorem, sed ne quidem ullum impatientis animi signum præbuit, affectum potius misericordissimum in omni vita testatus est. 4. Nullum æque reperitur animal, quod pluribus obnoxium sit morbis, atque homo, equus & ovis. Imprimis ovis infirma est capite, & scabie mirum in modum afflicta: Nimiis itineribus & laboribus maciem contrahit, ac emicante fulgure, quod tonitru comitatur, in tanto est timore, ut trepidatione circumacta atque vehementer vexata, abortum sapius, sive foetum præmaturum, edat. Christus, ne in ullo aliquo ovi cederet, instigatus amore, quo ferebatur erga nos, languores nostros ipse tulit, & dolores portavit, Es. 53, 4. Tanta nostri causa toleravit, quibus nemo alius sufficere potuisset, Cum Deus esset, factus vermis & non-Vir, opprobrium hominum & contemptus plebis, Ps. 22. Impositâ humeris crucem se conferre coactus, quo malefici deducuntur, Ibi fixus cruci, quam

quam peccatorum potestorum & patrandorum subiit molem, pressit illa, non tamen oppressit. Sed cum fulpina ejaculari divina corripit iustitia, ardentemque suam iram his miscuit doloribus, terrore confusus eò adæctus, ut exclamaret: **אֱלֹהֵי אֱלֹהֵי לֶמַּח עֹבְדֵי תְנִי**
 Confer pias atque elegantes de Christo, agno DEI, omnium humani generis peccatorum bajulatore, meditationes *S. Irenæi* Libr. IV. advers. Valent. c. 23. *Origenis* homil. 23. in Numer. *D. Ambrosii* in Psal. 118. *B. Augustini* Libr. XVI. de Civ. Dei cap. 42. *Gregorii Nazianzeni* orat. 42. *B. Chemnitii* Harm. Evang. C. 22. p. 205. *D. Gerhardi* Harm. Evang. Cap. 166. p. 927. b. 945. a. 948. b. 1005. b. 1938. a. ac in primis acutissimi *D. Dorschei* Pentadecad. Disp. XI. p. 370. seqq. Contulimus itaque Christum cum agno, probaturi eâ *συμβολῆ* ovinam pellem quam optimè vestitui Adami convenire, eò quod animalia ista maculata typum exhibere debuerint. Jam Christus tum in Vetere, tum Novo Fœdere subinde ovi comparatur, *El. 53. & 1. Cor. 5.* Eum induunt ceu verissimam atque unicam iustitiæ tunicam omnes baptizati, *Gal. 3. 27.* quin omnes omnium temporum fideles, verà in Christum fide conspicui, vivà fide in Christo constituti, *Rom. 8. 1.* Ad demum sententiæ huic roborandæ alia etiam argumenta. Primi homines innocentes & iusti conditi erant, ac in simplicissimo vitæ genere degebant. Cum autem diabolico serpenti avicultarent & obsequerentur, iustitiæ & innocentiae vestem exuebant, ac asperas satis daturi fuissent pœnas, nisi æternus Dei Filius sponsorem se ac mediatorem obtulisset. In pignus ergò recuperatæ gratiæ divinæ vestivit ipsos non purpurâ, non pannò, sed pellibus ovinis, quasi cilicio, ut doceret, simplicem nobis deberi vestitum. Ovinas verò fuisse pelles vel inde auguramur, quod illæ commodissimè respondent simplicitati primævæ, quæ purpuram & pannum profus ignorabat; sed & ea ex agrorum cultura pecorumque cura, vivendi ratio, quam postmodum sunt ingressi, ovinam pellem jubet præferre, boum, urforum leonumque cuti, aut ipsis etiam pellibus caprinis, vestiendo, tegeando ornandoque corpori, in ista *evypleer*, minus aptis. Facit & id non parum ad sententiam nostram stabilendam, in sacrificiis nullam sive pecudem, sive aliud animantis genus tam crebro Numini oblatum esse, ut quidem oves, **Sols**

Solebant etiam vituli, caprae, boves, vaccae, hirci, hœdi, ex gressilibus, turtures atque columbae, aliaque ex volucris adduci; præ omnibus autem maximè quotidiana erant sacrificia ex ovibus. Accedit huic, quod in confessionibus & purgationibus peccatorum Deus agnos vel immolare iusserit, ut vero ab simile haud sit, rationem expiandi primum & universale peccatum per sacrificium agni immaculati primis parentibus omnino adumbratam fuisse. Ipse etiam Abel pastoritiae vitæ auctor primum munus oblaturus DEO, aderat cum primogenitis **INNY**, non bobus, sed agnis; unde in proclivi est colligere, Adamum ritum hunc ab ipso DEO adhuc in paradiso accepisse, & postmodum filios de eo erudivisse. Gravissimè enim monet in nostram rem *B. Gerbardus* Tom. IV. de Sacram. §. 2. p. 120. *Quando Deus ex pellibus occisorum animalium vestes primis parentibus paravit, Gen. 3, 21. eo ipso ritum maculandi & immolandi animalia ipsos docuisse statuendum.* Tandem ovina pellis arctissime cum vestitu Prophetarum Symbolico, qui naturam, non artem præ se ferebat, connectitur 2. Reg. 1, 18. Elias Thesbita à nuntiis Ahasia depingitur Vir pilosus, seu Dominus pilorum, & cingulo cinctus pelliceo: quò modò D. Joh. Bapt. factis & vitæ Eliæ simillimus etiam incessit Matth. 3, 4. Quinimo plurimi Sanctorum orbe impio exulantium, uti Paulus docet Hebr. 11, 37. 38. aliis tñ. non exclusis. Nam, ut in summa dicemus, vetustissimi quique mortales, teste *Platone in Protagora*, animalia cœdebant, & eorum pellibus tegebantur. Ac eundem animalium usum enumerat *Cicero Libr. I. Quæst. Tusc. Festus* lugentes etiam apud antiquos in pellibus fuisse tradit: *Pellem, inquit, habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admonerentur. Lugentes quoque in diebus luctus in pellibus sunt.* *Lipsius* vero Comment. ad Lib. 2. Annal. Taciti id ipsum de linteis vittis, quas mulieres in luctu sumis, ex variis locis certum, accipere mavult. Post inventam insuper contexendi artem, quamplurimi usum ejus negligebant, & qui simplicitatem vitæ inter Philosophos profitebantur, in pellibus adhuc latebant. Nec primi Romæ urbis Senatores erubescabant, ejusmodi vestimentis uti, & hucusque simplicitas viguit, unde Propertius canit:

Curia prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit rustica corda patres.

§. 8. Acquiescere nunc possemus & finem meditari, nisi figura colorque tunicae hujus curas nostras nonnihil adhuc retardaret. Qui Rabbi titulum vehementer ambiunt, non satis bene autem merentur, nugis suis historiae Adami finem imponere omnibus modis aaniuntur. R. *Elsefer* in *Pirke C. 24.* Zennorena fol. 113. & *Jalkut* satis ridiculè tradunt, omnium bestiarum figuras in tunica Adami fuisse depictas, indeq; ad Nimrodum, eadem ex donatione Noachi (qui in arca eam conservaverat) indutum sponte venisse bestias & aves, seq; ipsi submisisse; unde haud gravatim etiam homines ejus ætatis, dominium Nimrodi in se legitimum agnovierat atque admiserint; tunicam verò, tanquam tyrannici domini tesseram, à Nimrodo ultimò ad Esavum pervenisse. Quæ singula prorsus conficta esse, vel ipsi fabularum architecti confiteri coguntur, quocunq; etiam sensu ista accipiant, qui ipsorum fidei se committunt. Eorum certè nugacissimorum hominum patroni, auctoritatis apud quosdam gravissimæ, reconditam inde sapientiam ac miranda quædam mysteria per sensus allegorici expositionem elicere, aut subtili potius ingenio afferre conantur. Ast ejusmodi non excusare tantum, sed vestire etiam, & ornare, & illustrare novis commentationibus, & quidvis dicere potius, quam pati dignitatem nugatorum imminui, quæso cujus hoc est impudentiæ, ne quid gravius dicam? Longè meliores de hoc argumento cogitationes, dignas, quas brevissime nobis aliisq; in memoriam revocemus, habuit B. *Ursinus* locò sæpius citatò, qui se aliquando luisse, ait, sed piè; roganti cujus coloris fuerit vestis illa prima? respondit, purpurei videri; quod assertum variis & egregiis probat documentis. 1. *Paradisi felicitate*, cui nihil defuisse putat, quod mundus universus uspiam habeat venustatis. Ut *Tzezes* quoque *Chil. 1. hist. 18.* doceat,

Oves χρυσόχροα alicubi ferrè lanam

Rheginus Hefigonum inducit scribentem.

Et tale fuisse confirmat illud Atrei χρυσομάλλων ἀγνιων, quod Simonides purpureum appellavit: Asiam verò rutili coloris oves educere, Gelsnerus de quadrupedibus tradat. 2. Vestis sine Jam prius de foliis ficus consuisse sibi perizomata infelices protoplastos dicit.

E

Qvosq;

Quosq; aluit misero fallax insania pomo
 Vestivit folio; saxâ quos arbore nudos
 Reddidit, hos gravius tenui de cortice textit.

Aleimi Aviti libr. 3. v. 16. verba sunt. Inepta vestis quæ non celabat pudorem, sed stimulabat, ut loquatur P. Chrysologus serm. 106. Quia folia fici asperitate suâ feruntur pruriginem excitare, ut docet Ramirez. Spicileg. C. 5. Decuisse autem talem vestem mortis reos, quia ficus sepulchris aliquando innascuntur, ut & alia *τὸν ἀνθρώπου σῆμα* struat Clemens Alexand. L. I. Strom. Indumento tam inutili, ficulneo, substituisse Deum pellificium suum. Quò fine? eò vel maxime, ut peccata regi non posse, nisi sanguine agni sui jam tum intimeret, idq; ipso novæ vestis colore sanguineo, quem & in ornatu tabernaculi & templi præ cæteris probavit, causam ob eandem Exod. 25, 4. & 26, 1. & 27, 16. & c. Voluisse deinde, vestem hæc esse pignus paternæ, suæ benevolentis, redditi protoplastis regalis sacerdotii & novæ per fidem desponsationis. Conveniens igitur fuisse, ut esset purpurea, aut cocco dibapho nativo tincta, quo colore Sacerdotum, Regum & Principum, quos ideo purpuratos legamus, constiterint. Docet id experimentis illustribus desumptis ex historia sacra & civili, quæ hic in medium proferre nostrum non est. 3. Testimonio. Testem se producere inquit, non arenarium, sed dignum, qui cum micet in tenebris, Poetarum Platonem, qui aureo seculo oves nativa purpura floridas fuisse, ex Sibyllinis carminibus his exsinuet versibus:

Nec varios discet mentiri lana colores,
 Ipsi sed in pratis aries jam sive rubenti
 Murice, jam croceo mutabit vellera luto:
 Sponte suâ sandyx pascentes vestiet agnos.

§. 9. Eam igitur sententia nostra certitudinem habet, quam exoptavimus, ut facillimè, quæ restant, decidere possimus. Agitari à nonnullis hic solet quaestio, cur Deus occisorum animalium pellibus, sive quod jam evictum, *Μελαιτῆ* induerit hominum? Varia iudicia pro varietate ingeniorum feruntur. Rivetus cum aliis Cal-

venia-

*Virg. Buc.
 Eccl. IV. 42.*


venianorum iudicat, meliorem non suppeditasse. *Calvinus* hanc rationem suppeditat, quia ex pellibus confecta belluinum quoddam magis sapient, quam lineæ vellaneæ. *Cornelius à Lap. Com.* in *Genes.* quatuor recenset rationes. Primò, ut hæ vestes tam hieme quam æstate, solâ inversione *Adamo & Evæ* servirent. Secundò, quia non ad ornatum datae sunt, sed ad necessitatem, ut nimirum nuditatem tegerent & aeris injurias arcerent. Tertiò, quia hæ vestes symbolum erant non tantum verecundiæ, sed & frugalitatis, continentiae ac pœnitentiæ. Quat⁷ hæ vestes è mortuorum pellibus factæ monerent *Adamum*, eum mortis fuisse reum. Optimè *Ursinus* noster totam rem discussit, cum inquit: *Admonebat un-*

δὲν eos divina dignitatis, de qua *Irenæus Lib. 3. Cap. 37.* & sua fragilitatis, de qua *Origenes hom. 6. in Levit.* & futura Redemptionis, per occisionem agni Dei, huius molli vellere, ut ait *Ambrosius*, cuius & rursus operit vulnera populorum, & cujus tecti iustitiâ sic effugimus mortis illos *πυρράγυ ἐδύρατς*, quomodo *Polyphemi Ulysses* & socii ovillis pellibus tecti. Clementissimè hætenus Deus hominem acceperat, receptum in gratiam crexerat atque de vestitu prospexerat, ne quicquam igitur clementiæ eius deesset, non tædebat ipsum induere eundem: *וַיִּלְבַּשׁ מֹשֶׁה* Moses inquit. Quippe videbat Deus hominem, qui satis ineptè perizomata sibi confecerat, prorsus imparem esse operæ huic sustinendæ, quapropter tanquam benignus Pater his etiam necessitatibus consulebat. Ipse paraverat vestem, quidni indueret quoque ipse homini, id quod *Hebraicum וַיִּלְבַּשׁ*, *Chaldaicum מַלְבִּישׁ*, *Syriacum*

ἰνδύσει & *Græcum ἰνδύσει* ἀνθρώπος innuunt. Nsm *לָבַשׁ* in prima Coniugatione *Levi* significat vestivit se, induit, in tertia significandi classe induere fecit vestivit alium; pari modo *Chaldaicum מַלְבִּישׁ* & *Syriacum* *ܠܒܫܐ* sese habent. *Græcum* verò *ἰνδύσει* induendi significatio apud optimos quosque auctores venit, nisi quòd apud *Platonem* in princip. de *Leg.* pro *ἴδω*, quod subire notat, semel ponatur. Nullam hic disce-

disceptationum aleam jaciemus, sed cum omnia ex supra dictis in
 facili confutari possint, lampada trademus. Dum autem in ter-
 ris moramur, & vestimentis abstinere omnino nequimus, simpli-
 citati studeamus, atque cogitemus, vestimenta in memoriam pri-
 mæ istius culpe data. Si incurrat in oculos superbiens vestibus,
 miseram ejus vicem doleamus, meliorem ei mentem à DEO serio
 petamus: Stoliditatem verò ejus rideamus, eò quod ipse ignomi-
 niæ adhibeat memoriam. Nam si Rex aut Princeps Ministro
 partibus suis malè fungenti funem mittit; quem, ne noxæ obli-
 viscatur, per omne vitæ tempus collo adigat, ille verò superbò fu-
 nem vultu animique insolentiâ gereret, turpem se daret ac riden-
 dum omnibus propinaret. Nec diversa apparet ratio vesana men-
 tis, insolenti vestium luxuriâ, evidenti *Deo maxime turpissimè*, super-
 bientis. Nos potius desiderio gloriosissimæ vestis illius tenemur,
 quâ divina Patris gratia, immaculata Christi fratris justitia, optatis-
 simaque Spiritus S. arrhabonis *χαρισματα* nos, perseveranti in
 Christum fide beatè defunctos, velut purâ splendidâque byssò or-
 nabunt, ac in æterna decoris luce collocabunt. Hic nemo suâ in-
 dustriâ meritisque spiritualementem nuditatem teget, siculnea tantum
 subligacula inveniet: Quapropter stolâ justitiæ Christi unice dele-
 ctamur, cumque è vita migrandum, atque Christo duce transien-
 dum ad Christum, illos XL. Milites à præfecto, ut nudi mare bibe-
 rent, atque ita diem obirent, coactos imitemur, & exclamemus
 cum illis apud Basilium M. *Non amictum exuimus, sed
 hominem veterem, concupiscentiæ deceptione corru-
 ptum; gratias agimus Tibi, Domine, quod cum isto a-
 mictu, simul & peccatum exuere licet: quoniam
 ob serpentem eum induimus, ob CHRISTUM
 verò exuimus.*

S. D. G.



I, A

